

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Consilium d
cum uariis

Quanto utilius regem Pharaonem Ioseph consilio prouidencie iuuat quam si pecuniam contulisset. Pecunia enim unius ciuitatis ubertatem non redimeret et prospiciencia Ioseph totius Egypti per quinquennium famem repulit. Facile autem pecunia consumitur, consilia exhauriri nesciunt. Hec usu augentur, pecunia minuitur et cito deficit ut quo pluribus largiri uolueris, eo pauciores adiuues, et sepe tibi desit quod alii conferendum putaueris. Consilii autem operisque collatio quo plures diffunditur, eo redundacior manat et in suum fontem recurrit.

Ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

utilius] quod *add.* M; regem] rege V²; hec] hoc P V¹; autem *om.* M P V¹ V² L¹ L²;
operisque] opisque L¹ L²; quo] in *add.* P V¹ V² L¹ L²